





1727, 6  
42.  
XfIX  
98  
9  
D. JOANNIS FRIDERICI  
HERTELII,

PROFESSORIS PVBLCI EXTRAORD. VT ET CVR. PROV.  
SAX. COMM. NEC NON AVL. SAX. VINARIENS. ADVOCA-  
TI ORDIN.

PROLVSIO ACADEMICA

DE

OPTIMA DISTINGVENDI ET  
DOCENDI RATIONE,

QVÆ FIT PER

DICHOTOMIAS,

QVA OCCASIONE SIMVL

EXPLICATVR ET CONCILIATVR COLLISIO AP-  
PARENS TEXTVVM

IN PRINC. INSTIT. DE JVR. PERSONAR. ET PRINC. INST.  
DE LIBERTIN.

EAQVE AVTHOR

LECTIONES SVAS TAM PVBlicas QVAM  
PRIVATAS RITE INDICIT,

P. P. DOMINICA QVASIMODOGENITI

A. O. R. CIOCCXXVII.

---

JENÆ,

LITTERIS EHRICHIANIS.



D. JOHANNIS FRIDERICI  
HERTZII

PROFESSORIS PUBLICI MATHEMATICAE ET CIVIS PROV.  
SAX. COELOG. SCHOE. VNI. VNIERSIT. ADVOC.  
II ORDIN.

PROLVISIO ACADEMICA

OPTIMA DISEMIGRATIO ET  
DOCENDI RATIONE

DICHOTOMIAS

QUAE AD CAUSAS  
IMPLICATAE ET COMPLICATAE COLLIGI  
SUNT TENTATAE

IN PRINC. PART. DE JURE TESTAM. ET PRINC. JURIS  
DE TESTAM.

LECTIOHVS SVAS TAM PRAECIPVVS QVAM  
PRINCIPALIS RITE INDICIT  
P. N. DOMINICA QVAM DOCVIT

LEONARDUS FRIDERICVS



L. B. S.

**H**Aud quidquam magis in scholis, quas vocant vulgò triviales, inculcatum memini, quàm tritissimum illud: *Qui benè distinguit, benè docet*; a) quod in commune velut scholasticorum symbolum jam pridem abiisse videtur. Cùm itaque à *Serenissimis* hujus almæ Salanæ NVTRITORIBVS, Principibus ac Dominis meis clementissimis, publicè docendi jura munus clementissimè mihi demandatum sit, haud inique facturum me spero, si, lectiones æstivi semestris adgressurus, *optimam* & à probatissimis JCrīs & Antecessoribus observatam *distinguendi* & *jura docendi rationem* hâc prolusione academi- câ investigare, annitar. Nam & primis ferè Philosophiæ, quam & ICros affectare *Vlpianus* b) monet, parentibus adèò curæ cordique fuit in explicandis rebus accuratoris divisionis necessitas atque utilitas, ut vel ipse *Socrates* profiteri non erubuerit: c) *Si nactus*

A 2

fuc-

a) Vid. Phil. MELANCHT. L. 1. Dial. p. 97. Th. SAGITTAR axiom. logic. cent. 5. dec. 9. ar. 4. P. RAMVS L. 19. schol. dial. c. 17. f. 150. GOELEN. L. 1. part. dial. p. 32. KECKERM. system. log. f. ult. c. 3. p. 251. b) in L. 1. §. 1. Dig. de Jusit. & Jur. c) Resrente SCHARFFIO manual. Logic. lib. 4. cap. 2. & Fr. HOTOMANNO, dialect. Li. 2, C. 4. p. m. 129. conf. DAN. OTTO. dial. jur. L. 1. c. 26. p. m. 149.

fuerit ducem, qui rectè partiri sciat, se ipsius, tanquam Dei, vestigia secuturum esse. Etenim intellectûs nostri tanta est imbecillitas, eaque memoriæ infirmitas, ut in varios sæpè & inextricabiles dilabamur errores, nisi nobis succurrant illosque præcaveant probiora mentis adminicula; quippe quod aliàs, licet iisdem sufficienter videamur instructi, nihilominus ad imperatorium illud, quod *Justinianus* construxit, d) excusationis asylum haut rarò refugere oporteat: *omnium habere memoriam, & penitens in nullo peccare, divinitatis magis, quàm mortalitatis est*; nedum si destituamur istis subsidiis.

Quandoquidem verò *Partitio* animum legentis incitat, mentem intelligentis præparat, memoriæ artificiosè reformat; e) quò & Imperator *Justinianus* f) & *Ictus Paulus* g) respexisse videntur; & ea, quæ divisim traduntur, sint magis clara & facilioris capacitatis, ac meliùs etiam memoriæ commendari possint: h) *Quis non consentiat Saliceto?* i) quando inquit: *Qui benè distinguit, proximus est veritati.*

Equidem si respiciamus DD. in ipsâ istius axiomatis applicatione, & in susceptò distinguendi exercitiò, tam varios atque distinctos, quin & in diversas penè sectas divisos reperiemus, ut ipsorummet distinctiones in docendò adhibitas denuò distinguere liceret in accuratas & minùs accuratas. Atqui si vere

---

d) in L. 2. §. 13. Cod. de Ver. Jur. Enucl. e) Gloss. in §. igitur. 4. Inst. procm. verb. ead. f) in §. 3. Inst. de legat. g) in L. 1. pr. D. de dol. & met. except. h) SCHNEIDEWYN. ad §. fuerat. 29. Inst. de Action. i) in Prefat. ad Cod. vid. SCHNEIDEWYN. ad §. 4. procm. Instiur.

rè procedit istud: *Qui benè distinguit benè docet*; (de quo quidem nemo sanus hæcenus dubitavit,) per gradus, dialecticorum more, non minùs verè colligere posses h. m. Ergo: *qui meliùs distinguit, meliùs docet*; &: *Optimè docet, qui optimè distinguit.*

Enim verò omnes distinctionum species earumque regulas comparare atque examinare, non fert nostris iam instituti ratio; saltem hic & nunc videbimus: *An & quâ ratione retinenda & defendenda sit DICHOTOMIA seu Divisio & Distinctio bimebris, seu optima docendi & distinguendi ratio?* quam post P. Rami præcepta subinde applicare consuevêre acutissimi [ctorum coryphæi, F. O. Tabor, k) Job. Strauchius, l) Henr. Giesebertus, m) &, quem primò locò adducere debebam, incomparabilis quondam [ctus, N. C. Lib. Bar. de Lyncker, *ὄν ἐν ἀγίοις*, n) aliive. o)

Ne verò status quæstionis ex vocis ambiguitate reddatur intricatior, ante omnia explicandum erit, quid per Dichotomiam hic significatum velimus? *Διχοτομίας* vocem à *διχα*, *διχῶς*, *bisariam*, (cujus thema est *δις*, *bis*,) & *τέμνω*, *seco*, compositam, Scapula, Schrevelius, aliique Lexicographi ita ferè exponunt, ut *sectionem in duas portiones æquales* denotari, doce-

A 3

ant;

k) in *Tabulis Pandectarum*, quas *Fili Ariadnei* titulo vulgavit. l) in *Tabulis Codicis Justiniani*. m) in *Justiniano harmonico*. n) *Quitorum Instructio- nium forensis*, & extractam inde *Rationem docendi discendæque jurispruden- tiæ*, nec non *Schemata Institutionum, Pandectarum, Juris Feudalis & Ca- nonici*, & nuper *Codicis atque Nobellarum*, itemque *Nexum Institutionum per singulos §§*, sed & *Forstonicæ ethicæ ac Lipsiæ politicæ dichotomicæ me- thodò exhibere* consuevit. o) Sic Chr. WEBBERS *tr. de consistor.* c. 27. in gratiam Ramæosiphorum causas Ecclesiasticas per *Tabulam dichotomicam* exhibet, reprehensus immeritò à *Szebichis in system. logic. p. m. 185.*

ant; quod an vox *διχα* vel *τέμνω* præcisè inferat?  
Criticorum esto iudicium! sufficiat tamen monuisse,  
quòd nobis impræsentiarum *Dichotomia* significet par-  
titionem in duo membra, quam in docendò com-  
modioris perspicuitatis & accuratioris cognitionis gra-  
tiâ adhibemus; sive ista membra sint æqualia inter se,  
sive inæqualia, hæctenus nil officit: cùm nec ubique  
possibile sit, ut in membra penitus æqualia quodlibet  
dividatur: nam divides hominem sive *Logicè*, quo-  
ad Genus & Differentiam, in *animal* & *rationale*, si-  
ve *Physicè* in *animam* & *corpus*, hoc in *caput* & *trun-  
cum*, & sic porrò, neutrubi sanè reperies partes un-  
diquaque æquales. Sic cùm Institutiones nostras Ju-  
ris vel alios libros distinguimus in *Præfationem* sive  
*Proæmium* & *Tractationem* ipsam: quale monstrum  
produceretur? si partes æquales, hoc est, præfatio-  
nem toti tractationi magnitudine respondentem exi-  
geremus! Imò ridendus foret, qui in ipsâ tractatione  
membra sive capita æquali præcisè ulnâ putaret esse  
metienda, ideoque in dispositionis artificio verborum  
potiùs numerum, quàm rei argumenta metiretur:  
quam divisionis superstitionem nonnulli impingunt  
p) *Justiniano*, vel potiùs *Triboniano*, *Theophilo* & *Do-  
rotheo*, quasi successionis & hæreditatis doctrinam in  
*Libr. III. Inst.* divulserit ideò, ne nimium excresceret  
*Liber II.* de quo alibi. Illud certum est, quòd mem-  
bra dividenda junctim sumpta debeant esse æqualia  
seu

p) Ut HOTOMANNVS in præfat. comment. *Inst. TABOR. SCOTANVS. Sid. B.*  
de LYNCKER. *analect. ad S. 4. proem. Inst.*



seu adæquata toti diviso; & hanc æqualitatem portio-  
num respectu divisi si intelligant supra citati authores,  
accuratè satis exponunt vocabulum *διχοτομίας*.

Nunc cum certi simus de sensu vocabuli, videbi-  
mus, an & quousque Dichotomiæ in docendò requi-  
rantur, ut accurati doctoris nomen quis promereat-  
tur? Sunt, qui propius illis accedunt, dum asserunt:  
Divisiones constare debere membris paucissimis, &  
si fieri possit, (quasi verò impossibile sit, quod dif-  
ficile quidem est, & ab omnibus præstari commodè  
nequit!) *duobus*; adeoque non semper opus esse di-  
chotomiis, sed ubi res multis subdivisionibus indi-  
gent, *τριχοτομίαν* potius instituendam esse, volunt. *q*)  
Sunt vicissim, qui, tantum abest ut Dichotomias am-  
plectantur, ut potius decem vel plura mem-  
bra ad genuinam divisionem & dispositionem  
quadrare ineptè opinentur. *r*) Nos in eorum castra  
transcendimus, qui ad accuratissimam divisionem,  
sive in disponendis per *Tabellas*, sublevandæ memo-  
riæ & acuendi iudicii ac intellectûs gratiâ, disciplinis  
earumque thematibus, sive in distinguendis rebus  
ibidem propositis, occupati fuerimus, ubique & sem-  
per, maximè ubi membra subdividenda restant, (nam  
in infimis partibus faciliùs *τριχοτομίαν* pluraque  
mem-

*q*) Vid. SCHARFF. *manual. logic.* L. 4. c. 2. can. 3. Jac. WERENBERG. *exercit. logic. gymm.* 13. sent. 11. Dan. OTTO. *dialec. jur.* L. 1. c. 26. reg. 3. HOTOM. *dialec.* L. 2. c. 6. p. m. 138. seq. *r*) Id quod apparet ex *Tabulis Synopticis*, quæ curâ Phil. MULLERI adjectæ & præmissæ sunt *exercitationibus ff. Synagmatis Struſiani*. Sic etiam cum Verulamio abhorret anxietatem dichotomiarum LEIBNUZIVS *noſ. method. discend. Jprad. Part. spec.* S. 7. p. m. 40. seq. Conf. C. WEISIVS *doctrin. logic.* P. 2. L. 1. c. 2. S. 13. H. E. SEEBACH. *System. logic.* P. 3. L. 1. t. 1. S. 178. seqq.

membra, modò numerus eorum non eò excreſcat, ut unum alterumve memoriae excidat, admiferim,) *bimembrem ſectionem* exigunt; *s*) reliquos, ſive propius accedant noſtræ ſententiæ, ſive longius à nobis abeant, ſuo ſenſu abundare ſinimus, illorumque objecti-ones aliâ occasione remoturi. *t*)

Ratio autem noſtri aſſerti ſtabiliri poteſt ſequen-  
tibus argumentis atque poſtulatis: I. *In diſiſione par-  
tes ſibi invicem ſunt oppoſitæ, u*) ſeu: *Membra diſiſi-  
tæ ſunt à ſe invicem diſtincta, x*) vel ut alii exprimunt:  
*y*) *Partes ſive membra bonæ diſiſionis debent inter ſe  
diſſentire.* Nam unaquævis pars debet habere ſuam  
differentiam, per quam conſtituatur; at per quod ali-  
quid conſtituitur, per idem etiam ab aliis diſtingui-  
tur, juxta illud: Forma (eſſentialis ſcil. quam diſſe-  
rentia ſpecifica conſtituit,) dat *eſſe* rei, *diſtingui*, &  
operari: ergo non poteſt dari vera pars, quæ non  
oppoſitè ab alia differat. *z*) Nunc verò in duobus  
membris major eſt oppoſitio, quàm in tribus vel plu-  
ribus; imò quò plures ſunt partes, eò minor eſt op-  
poſitio: nam in duobus reperies oppoſitionem ad-  
æquatam, in pluribus inadæquatam.

Exemplum demonſtrabit, quid velim: Vix no-

men

*z*) Ita Sigism. SCACCIAS tr. de appellat. queſt. 17. limit. 6. m. 1. n. 2. p. m. 740.  
inquit: omnis bona diſiſio debet eſſe bimembris, vel ſaltem reducibilis ad  
eam. Add. J. P. TREIBER. Logic. jurid. P. 1. C. 1. th. 34. ſeqq. ubi docet mo-  
dum conſiſtendi Tabellar. *r*) Vid. TREIBER. d. l. theſ. 36. ſeqq. *u*) P.  
RAM. L. 1. dialect. c. 25: qui requirit partes *diviſionis* oppoſitas  
*x*) SCHARF. man. logic. L. 2. c. 2. can. 1. KECKERMANN. L. 1. ſyſtem. logic.  
ſect. ult. c. 3. p. m. 248. *y*) WERENBERG. d. l. ſent. 2. Conf. H. E.  
SEEBACH. d. l. §. 174. *z*) Conf. Thom. SAGITTAR. axiom. Logic. cent.  
5. decur. p. axiom. 1.

men studiosi meretur, qui Facultates studiorum in  
 Academiis haftenus receptas adeo ignoret, ut nume-  
 rare ferè in digitis, ceu vulgò loquimur, nequeat  
*Theologiam, Jurisprudentiam, Medicinam, & Philo-  
 sophiam*; neque tamen gradui Doctrinae vel Magiste-  
 rii quicquam impedimenti adferet, si eas candida-  
 tus dicto modo quaternario numero referat, si ve paulò  
 distinctius easdem distribuatur in *Inferiorem*, in qua  
 hodie gradus Magisterii confertur, qualis est *Philoso-  
 phica*; & in *Superiores*, in quibus Doctrinae gradum  
 promereri licet, ut: *Theologica, Juridica, Medica*. In-  
 terim ut vel in levissimò hoc exemplò regula nostra  
 de partium oppositione, (quam etiam dissentientes  
 inculcant,) planior reddatur, sanè hæc membra su-  
 periorum Facultatum nondum sunt adæquatè sibi op-  
 posita: ita enim Theologia adeo non opponitur Fa-  
 cultati Juris, ut per conversionem dicere possis: quæ-  
 cunque superior facultas non est Theologia, illa est Ju-  
 risprudentia, & quæ non est Jurisprudentia, ea est Theo-  
 logia: quorsum enim abiret Medicina? Neque procedit  
 porrò conversio talis: quæcunque facultas altior non est  
 Medicina, illa est Jurisprudentia, & quæcunque non est  
 Jurispr. illa est Medicina: nam nisi sub Medicinâ vel Ju-  
 risprudentiâ comprehensam velis Theologiam, (quod  
 tamen absque rudiori *εις άλλο γένος μεταβάσει* fie-  
 ri non potest,) aut partes non erunt sufficienter op-  
 posita & reciprocatæ, aut *ἀδίκως* evades, dum nullam  
 inter superiores Facultates statuis Theologiam.

At sophistam me agere putabis? cum ita fortassis

B

re-

reciproandum esse censeas: Quæcunque Facultas est Theologia, illa non est Jurisprudentia, & vicissim: Quæ est Jurisprudentia, illa non est Theologia, &c. Nonne hæc membra satis sunt opposita, quorum unum semper excludit alterum, & subinde positò unò alterum remoueat, atque simul stare non possint, quod ex omnium Dialecticorum unanimi ferè consensu est ratio formalis oppositorum; planè sicut album non est nigrum, nec nigrum est album; frigidum non est calidum, & calidum non est frigidum. Eho! autem, cohibe spem victoriæ! quippe instantia hæc nec nigra est nec alba, nec calida neque frigida, sed nimium tepida, imò sat frigida. Itaque qui ex tali oppositione examinare vellet accuratam divisionem, is utique

Incidit in Scyllam, dum vult vitare charybdin. Namque sicuti malè colorem tanquam genus distingueres in nigredinem & albedinem; ( quæ satis sunt oppositæ, modò non excluderentur tot colores intermedii, ut flavi, rubri, cerulei, &c ) ita multò minùs ex oppositione & reciprocatione Theologiæ cum Jurisprudentiâ quisquam olfaciet, Medicinam pertinere ad Facultates superiores: ut vel hinc appareat, talia hic requiri opposita, quorum unò positò ponatur & alterum, seu quæ se mutuo inferant atque exponant; quippe quòd partibus divisionis debeant alia respondere. aa)

Sed ut ad scopum redeam; nonne evidentior est oppo-

aa) Vid. Th. SAGITTAR. axiom. logic. cens. 5. dsc. 8. ax. 10. p. m. 471.  
SCALIGER. L. 4. Post, c. 1. f. 443.

oppositio hæc: *bb*) Superior Facultas respicit felicita-  
tem vel *Æternam* s. cœlestem, ut *Theologia*, vel *Tempo-  
ralem* s. civilem & mundanam; & hanc vel *Animi*  
quoad inculcandam justitiam, ut *Jurisprudentia*, vel  
*Corporis*, quoad conservandam aut restituendam sa-  
nitatem, ut *Medicina*. Ita enim tutò reciprocabis,  
affirmativè: Quæcunque Facultas (ex illis scil. distri-  
buendis) non respicit felicitatem æternam, illa respi-  
cit temporalem; & quæ non respicit temporalem,  
illa respicit æternam: & negative; h. m. Quæ respi-  
cit civilem felicitatem, non est illa, quæ respicit æter-  
nam; & quæ respicit æternam, non est illa, quæ re-  
spicit temporalem. Eadem reciprocatio duplex lo-  
cum inveniet quoque in subdivisione. Nec interest,  
si aliud fundamentum distinguendi constituere velis,  
modò oppositio quàm optimè sese habeat, nec fallat  
in reciprocatione. Posses enim ita distinguere: Facul-  
tates istæ superiores respiciunt vel *Animam* vel *Cor-  
pus*; illam instruendam ad vitam tum *æternam* aut  
*spiritualem*, ut *Theologia*, tum *civilem*, ut *Jurispruden-  
tia*; *Corpus* respicit *Medicina*.

Egregium hæc in re specimen præbet Imperator,  
vel potius excelsus ille Tribonianus, cum parastatis  
suis, Theophilo & Dorotheò, in primis statim totius  
legitimæ scientiæ elementis. Postquam enim in *pr. J.  
de jur. pers.* inculcaverat accuratissimam personarum  
divisionem, (quæ vel ideò *summa* vocari meretur,) quòd omnes homines vel *liberi* sint vel *servi*, (quæ di-  
stin-

*bb*) Conf. SEEBACH. *System. Logic. P. 3. L. 1. t. 1. S. 178.*

stinctio ex *Lib. 1. Instit. Caji* transfumta ostendit, quàm accuratè discipulis suis antiquiores JCI jam tum proponere doctrinas suas fategerint? ) postmodum datâ velut operâ in *pr. J. d. Libertin.* novam ex *Lib. 1. Instit. Ulpiani* divisionem, eamque paulò conturbatiorem, in tentamen quasi ingeniorum, ut eandem cum priore conferre & conciliare discant, (utinam verò id præstitissent, qui & hic *ἀντιλογίαν* temerè statuunt!) proponit, ubi tria hominum genera constituta videntur: Liberi, & his *contrarium* lervi, (en! quomodo & *Ulpianus* respiciendam voluerit oppositionem in divisione instituendâ?) & *tertium* genus Liberti. Neque tamen sine ratione *Ulpianum*, qui in *eod. Libro 1. Instit. suarum* veram Philosophiam non simulatam se affectare gloriabatur, in *τευχρομίαν* hanc irruisse putares, quin & Tribonianum, vel si qui alii JCI huic loco in compilatione Institutionum & Digestorum manum admoverunt, studiò eadem verba retinuisse crediderim, (cùm aliàs, retentis licèt authorum nominibus ob reverentiam antiquitatis, quod imperfectum videbatur aut minus idoneum, ab ipsis adjectionem vel deminutionem necessariam acciperet, & rectissimis regulis traderetur, ) cc) ne quoad verba discrepans à *Cajò Ulpianus*, re quoque dissentire videatur: Et hinc plerique *Ulpianum* ita interpretantur, ut liberos hic in angustiiori significato pro ingenuis acceptos velint, secus atque à *Cajo* factum. Atqui faciliori negotiò juxta hanc hypothefin rem

ex-

cc) Ut ex *L. Tanta, 2. §. 10, Cod. de V. J. E.* constat.

expedire potuerat *Tribonianus*, si hanc distinctionem substituisset, quâ omnes homines *ingenui*, *serui*, & *libertini* dicerentur. At enim verò aliam subtilitatem *Ulpiani* verbis nervosè contineri, animadvertens *Tribonianus*, meritò abstinuit à correctione. Dicam: ulteriorem divisionis à *Cajò* traditæ subdivisionem (quam & in *Libr. 1. tit. Instit. Cajì*, prout nunc supersunt, disertè expressam videmus,) exhibet prudentissimus *Jctus*. Nimirum cùm integram *Cajì* divisionem præmississet *Ulpianus*, quam partibus accuratè & perspicuè oppositis constare innuebat verbis: *Et bis contrarium*; utut enim inter *ingenuos* (siquidem hocce pro voce *Liberi* substituas,) & *servos* contrarietas seu oppositio reperiat, ea tamen minùs est adæquata, nec talis quidem, qualis inter calorem & frigus, quorum medium est tepor: nam *libertinos* medium genus constituere inter *ingenuos* & *servos*, foret contra principia juris & mentem Imperatoris, qui per *Novell. 78. c. 1.* *libertinos* quoad statum penitus exæquavit *ingenuis*. *dd*) Itaque nil impedit, quò minus *liberos* d. l. accipiamus latius, imò si in *servis* contrarium adæquatum intelligere velis, (quod sanè præstat,) ita accipi necesse est.

Enimverò in subdivisione, ubi nulla sit mentio *ingenuorum*, non videtur adesse sufficiens enumeratio membrorum subdividentium! Respondetur: quamvis explicitè non adsint, implicitè tamen, nec verò obscure, omnia membra reperiuntur. Quip-

B 3

pe

*dd*) Vid. *LOCAMER*, *not. ad §. fin. Inst. de Libertin. num. 13.*

pe *Ulpianus* βραχυλογίας studiosus dum libertinos dicit, qui *desierant* esse servi, tacitè innuit illos esse *liberos*, cum tertium sive medium genus non detur, nisi *Cajo* mendacium impingere velis; sed & indignat simul ingenuos, dum tertium genus dicit libertos, qui *desierant* esse serui; inde enim concludimus, esse aliud genus liberorum, qui non *desierant* esse serui, h. e. qui nunquam fuerant servi, cum hic regressus ad habitum præsupponat privationem, sicut aliàs privatio præsupponit habitum. Quin & prudentissimus *Tribonianus*, qui in ipsis rerum experimentis emicuit, vel alii viri studiosissimi, quorum in *L. 2. §. 9. C. de V. F. E.* fit mentio, majoris dilucidationis gratia vel verbò monuissent, in *d. pr. Inst. de Libertin.* illos *liberos* vocari ingenuos, nisi ob evitandam *λαυτολογίαν* præsupponerent studiosum sive lectorem tituli præcedentis memorem. Itaque perinde est ac si dixisset: Homines sunt vel *Liberi* vel *Servi*; illi vel *serui fuerunt*, ut *Libertini*, vel non *fuerunt*, ut *Ingenui*. Sed regeris forsan: *ICtus* tamen expressè ad *tria* genera provocat, igitur *liberi* aut strictè accipiendi erunt pro *ingenuis*, aut *libertini* comprehenduntur, & sic pertinent ad primum genus, nec *tertium* genus verè constituunt: atqui ex mente *ICti* constituunt tertium genus, Ergò non continentur sub primò, & consequenter soli *ingenui* in primo genere subintelliguntur. *ee*) Hunc nodum, in scirpo quasi quæsitum, facile sol-

(ee) Conf. *L. 5. pr. ff. d. pignar. & hypothec. jung. LVDWELL, comment. ad §. 1. Inst. de oblig. n. 2.*



solvo: Notissimum enim est veteres Jctos Romanos ple-  
rosque ex *Stoicorum* numerò fuisse, ff) nec juxta Peripateti-  
corum principia genus à specie, & hanc denuò ab individuis  
distinxisse; quin potius genus & speciem promiscuè dicunt  
genus, (quemadmodum & *Aristotelici* speciem certò respec-  
tù vocant genus, cum additò tamen: *subalternum*;) species  
verò ipsis denotat individuum. gg) Quando nunc Ulpianus  
dicit tria esse genera, non omnia eiusdem ordinis præcisè esse  
contendit; quin potius præmissis duobus generibus summis,  
adjicit & *tertium* genus, i. e. novum & subalternum sive in-  
termedium; cur enim otiosa verba: & *tertium* genus, quasi  
ex abrupto, infarcinasset? nisi lectorem à diversis illis generi-  
bus abstrahere & revocare, atque novum & singulare quid  
indicare voluisset; cum aliàs vel puer numerum tertium illo-  
rum generum invenire & ordine attingere posset. Cum ita-  
que novum illud genus *secundum* vel *quartum* ratione ordinis  
generum expressorum (quæ sola ibidem numerantur, ut ta-  
men implicitum quartum genus ingenuorum non excluda-  
tur,) appellari non posset, quid mirum, si tertium dicatur?  
bb) Nec obest quoque, quod antea *Ulpianus* expressè nume-  
raverat tria genera, non omisurus quaternarium numerum,  
si dictò modò explicatam voluisset suam divisionem! Respon-  
detur: *Ulpianus* numerò notavit saltim genera verbis expli-  
citis proposita, *implicitam*, sicut expressè non nominans, ita  
nec numerans. Nec est, cur anxius hæc de re dispurem, cum  
& facundissimus *Donellus* hoc ipsò exemplò ex *L. 4. ff. d. J.*  
& *J. junct. L. 3. ff. de stat. hom.* adductò comprobet, *Ulpiano*  
non esse insolens, ut subdivisionem cum divisione commi-  
sceat. ii) Nervum firmissimum sententiæ nostræ dabit acutissi-  
mus seculi nostri *Papinianus*, b. & immortalis LYNCKERVS,  
quan-

ff) Vid. J. H. BOEHMERE *prog. de Philos. Jctor. Stoica*. Eberh. OTTO.  
*orat. de Stoica Ver. Jcti. Philos. J. S. HERTING. diss. de Stoic. Sect. Rom.*  
*Jprud. gg)* Conf. SHEEBACH. *System log. P. 2. t. 1. S. 49.* vid. *L. 2. pr.*  
& *S. 1. de reb. cred. L. 54. de V. O. & passim.* bb) Conf. *princ. Inst. de*  
*donat. ii)* Vid. HILLIGER, *L. 1. D. E. s. 6. lit. E.*

quando ad citata verba: *tria hominum genera*, eleganter notat: *kk*) ut tamen ingenui & libertini unius generis species exprimant. *ll*) Hisce concludo ea, quæ hæcenus obiter circa *dd. xxx.* monere libuit. Saltem ad animum hanc bonam veluti clausulam revocare liceat: *Quò major oppositio, eò melior Divisio: Atqui: in partibus bipartitis maxima oppositio: Ergo: bimembris divisio seu Διχοτομία est optima Divisio.*

Restant plura argumenta, quibus Dichotomiarum præstantia persuaderi & confirmari poterat; sed temporis & instituti ratio jubet ea ad aliam reservare occasionem. Nunc in eò sum, ut mea per instans semestre æstivum *Docenda* ritè disposita publicò hòc programme cupidæ legum Juventuti proponam. Nimirum:

1. Publicè demonstrabo viam ad *Studium Juris*, Theoreticum pariter ac practicum, *prudenter instituendum & pertractandum*, ad normam *Manuductionis* nostræ publicis typis pridem commissæ; idque fiet *tribus prioribus diebus* cujusvis septimanæ *hor. IX. antemeridian.*
2. *Domi* Prælectiones
  1. *Cæptas* cum selectiori auditoriò ad *Compendium Pandectarum Lauterbachianum* strenuè continuabo.
  2. *Instituendas* quoad studium
    1. *Theoreticum* Juris tum
      1. *Civilis*, explicatio *Jurisprudentiæ Struvianæ forensis* theorico-practica sibi vindicabit.
      2. *Feudalis*, *Examinis Strykiano* cum accessoriis nostris *meditationibus*, commodabimus.
    2. *Practicum* non denegabimus desiderantibus.

Optimi Commilitones, benè distinguite, & benè docebimini! Valetè!

*kk*) In *Analect. Inst. L. 1. t. 5. princ.* *ll*) Conf. *Fr. HOTOMANN. Lib. 2. Dialect. cap. 6. p. m. 149.*

ULB Halle  
006 832 288

3




*SB*

*VLB kat 12*

*VLB*







1727, 6  
D. JOANNIS FRIDERICI  
HERTELII,

PROFESSORIS PVBLICI EXTRAORD. VT ET CVR. PROV.  
SAX. COMM. NEC NON AVL. SAX. VINARIENS. ADVOCA-  
TI ORDIN.

PROLVSIO ACADEMICA

DE

OPTIMA DISTINGVENDI ET  
DOCENDI RATIONE,

QVÆ FIT PER

DICHOTOMIAS,

QVA OCCASIONE SIMVL

EXPLICATVR ET CONCILIATVR COLLISIO AP-  
PARENS TEXTVVM

IN PRINC. INSTIT. DE JVR. PERSONAR. ET PRINC. INST.  
DE LIBERTIN.

EAQVE AVTHOR

RECTIONES SVAS TAM PVBLICAS QVAM  
PRIVATAS RITE INDICIT,

P. P. DOMINICA QVASIMODOGENITI  
A. O. R. MDCCXXVII.

JENÆ,

LITTERIS EHRICHIANIS.

